

Johann Huswedel

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Huswedelius Graec. liter. Prof. In Festo Resurrectionis Dominicae, Studiosam huius Academiae iuventutem ad Pietatem Gratitude[m] & modestiam hortatur atq[ue] invitat**

Rostochi[ij]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734594518>

Druck Freier  Zugang



R U Progr 1624

1) Johann Mürwidel

2)

3)

4)



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOHANNES HUSWEDELIUS  
Græc. liter. Prof.  
IN FESTO  
RESURRECTIONIS DOMINICÆ,  
Studiosam hujus Academiæ  
juventutem

*ad Pietatem Gratitude[m] & modestiam  
hortatur atq[ue] invitat.*



ROSTOCHI  
Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XXIV.

ACADEMIA ROSTOCKENSIS  
IOHANNES HUSWEDLIUS  
IN FESTO  
RESURRECTIONIS  
DNI DOMINI  
Studium hujus Academiae  
Rostock

ad Petrum Gualtherium B. M. S. S. S.  
Rostock



Rostock  
Rostock



Uanta fuit nudiuertiani  
meroris & horroris magni-  
tudo ex Dei patientis &  
vitæ morientis inusitato  
& plusquam humano cru-  
ciatu pijs mentibus concepta:  
tanta & eo maior est letitia,  
quam hodierno die profiteri, nec animo solum & in-  
terno affectu, sed illustri gestu ac voce clara ex pieta-  
tis & gratitudinis officio testari populus Christianus  
debet. Licet enim ex ore ipsius Domini predi-  
ctum saepe audissent eius Apostoli & amici, futu-  
rum, ut ab uno suorum familiarium proditus, in win-  
cula, crucem, & mortem abriperetur: tamen illi  
omnia mundana somniantes, nec quidquam eorum  
quæ prædicta erant in animum admittentes, &  
& alia omnia cogitabant, & hoc rerum statu pesti-  
ma & extrema quæq; metuebant. Cum ergo vi-  
dissent quæ in horto, quæ in Pontificis palatio, quæ in  
Pontij pratorio acta essent, cum ex urbe Dominum  
cum cruce exeuntem, in crucem actum, in cruce  
mortuum & confossum ipsi suis oculis adspexissent,  
ex cruce deniq; sepulchro inclusum intellexissent: ut  
ipsum pessimo seruilis lethi genere sublatum scie-  
bant,

bant, ita omnem cum ipso spem suæ salutis extin-  
 ctam autumabant. Quo in metu cum alterum  
 diem traduxissent miseri, ecce tibi, præter omnem  
 opinionem & expectationem eorum illucescit,  
 ἡ βασίλισσα τῶν ἡμερῶν καὶ ἡ λαμπρὰ νύξ, λύκου τὸ σκότος  
 τῆς ἀμαρτίας, καὶ ἡ ἡμεῖς ὑπὸ πολλοῦ φωτὸς τῶν σωτηρίων  
 ἡμῶν αὐτῶν ἑορτὰ ζῶντι καὶ τῷ φωτὶ δι' ἡμᾶς νεκρωθέντι σωκενε-  
 κρωθέντι καὶ ἀνισταμένῳ σωανιστέμεθα: *regina dierum*  
*dies & nox illa splendida peccati tenebras*  
*solvens, in qua nos cum magna luminis co-*  
*pia salutis nostræ festum celebramus atq;*  
*cum luce propter nos mortua morte simul*  
*affecti cum eadem excitata simul excita-*  
*mur, ut Theol. orat. funeb. 19. eam appellat; siue*  
*ut idem orat. 42. ἑορτὴ ἑορτῶν, καὶ πανήγυρις πανηγύρεων*  
*ποσῶτον ὑπεραίρουσι πάσας, ἢ τὰς ἀνθρώπινας μόνον, καὶ χαμῶ*  
*ἐρχομένης, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς αὐτῆς κτίσεις καὶ ἐπ' αὐτὰς πελαγίας,*  
*ὅσον ἀστέρας ἡλιου, festivitatum festivitas & cele-*  
*britatum celebritas tanto ceteris omnibus*  
*non solum humanis & humi defixis, sed*  
*ijs etiam, quæ ipsius Christi sunt, ac pro-*  
*pter ipsum celebrantur, superior, quanto*  
*sol stellas antecellit. Hæc ergo dies felicissimum*  
*sua lucis radium non Apostolis tantum & cæteris,*  
*qui tunc vivebant homines atq; ævum agitabant,*  
*Christi*

Christi amicis spargebat, sed etiam nunc nobis quot  
annis non tam occasionem praebet, quam necessita-  
tem inponit repetendi memoriam beneficiorum, &  
que nobis hoc die vel acquisita vel perfecta & colla-  
ta sunt. Neq; enim incarnatio & natiuitas Filij  
Dei, nec vita, quam inter homines egit, sanctitas,  
nec patri caelesti praestita obedientia, nec passionis  
acerbitas, nec ignominia crucis, nec mortis deniq;  
spontanea admissio, vel tantillo plus nobis profuis-  
sent, quam ceterorum hominum sanctorum: si, quod  
istis contigit, morte victus & inferno relictus con-  
tabuisset atq; corruptela obnoxius mansisset. Nunc  
vero & ipse his laboribus defunctus morte superata  
in vitam redijt & nobis facilem de fractis & fuis  
hostibus victoriam reliquit, & spem resurrectionis  
nostra confirmauit. Memorant vetusti Attica-  
rum rerum scriptores Theseum quendam vixisse,  
qui Procrustas & Pityocampas quosdam aliosq;  
monstrosos homines aggressus devicerit & ab eo-  
rum violentia regionem liberarit: Poeta vero de  
istius Thesei socienno, quem Deorum Africanum  
scriptor Christianus appellat, fabulantur, cum alia  
monstra ab hoc trinoctio Gigante subacta, &  
sublata, tum vero ipsum etiam tricripitem Cerberum  
in vincula coniectum & ab inferis in lucem protra-  
ctum. Fides earum rerum sit penes autores, nec  
ego nunc mysteria gentilium excussa & suis frondi-

bus evoluta sub diuinam rapiam: hoc, quod largiuntur,  
ab ijs accipimus, gigantes istos tandem & ipsos periis-  
se, si modo unquam fuerunt & vixerunt, & morte  
subactos longè plus monstrorum, quam subegerant ac-  
ciperant, reliquisse. Nos vero Dei gratia donati  
& instructi fide salvifica scimus & credimus, no-  
stro heroi, gemina substantia Giganti, Dei & Virgi-  
nis filio negotium fuisse cum longè alijs monstris, lon-  
ge violentioribus & quæ non unum agrum vel unam  
regionem infestabant, sed totum genus hominum

Quot sunt, quotq; fuere mundi ab ortu,  
Quotq; post alijs erunt in annis,  
pro suo in illos & illorum Creatorem odio crudelis-  
simè tractabant, nec unquam nisi divinis viribus ex  
carcere teterrimo liberandos. Prestitit quidem ille  
Dei <sup>in</sup> ~~in~~ <sup>causa</sup> ~~causa~~ Moses Israelitico populo magnum bene-  
ficium sub Aegyptiaca tyrannide vexato, quem Dei  
ope ac jussu ex ista servitute & erga stulo eripuit,  
ac in libertatem terra divinitus promissa assertam  
deduxit: sed ista servitus aliquot annorum & in  
sola corpora expetebat, cui finem, si nihil aliud, vel  
sola mors tandem afferebat: nos vero cum omni-  
bus majoribus & minoribus post labem primi ho-  
minis lapsu contractam in Pharaonis cujusdam  
longè tetrioris & magis metuendi potestatem deve-  
nimus, qui præter corpora in animas nostras odium  
suum,


suum, vel præcipuè evomebat, varijs modis eas in-  
festabat, multabat, occidebat: cujus potentiam nul-  
lius hominis vires reprimere poterant, iram nulla  
preces lenire, crudelitatem nulla supplicia satiare.  
Inventus tandem est Agnus, ab origine mundi occi-  
sus, cujus sanguis eam habebat efficaciam, ut limini  
cordium nostrorum illitus percussoris imminentis  
impetum inhiberet, gladium retunderet, ipsum ter-  
refactum fugaret. Idem Agnus vita restitutus &  
ipsum Pharaonem nostrum catenis tenebrarum  
constrinxit, & lacu sulphureo submersum suffocavit  
& effracto carcere populum suum libertati ac vita  
restituit. Hoc igitur est illud beneficium, cujus ma-  
gnitudo hujus diei festivitatem commendat nobis,  
non malitia & nequitia, sed veritate ac sincerita-  
te transigendam. Malitiam nobis odiosam reddat  
passio & mors redemptoris nostri, qua cum semel Ju-  
daorum crudeli odio procurata & perpetrata sit,  
omni pietate & cura nobis cavendum est, ne denuo  
à nobis procuretur, ne sanguis ejus denuo à nobis  
profusus nostris pedibus conculcetur, ne malitia no-  
stra spinis sanctissimum ejus caput denuo saucie-  
tur, ne clavis nostrorum peccatorum manus &  
pedes ejus denuo perforati affigantur, ne latus  
ejus vitiorum nostrorum aculeis denuo perodiatur,  
& ira Dei, ut in Judæos, ita in nos quoq; provoce-  
tur:

*Sur: Sed potius à vitiorum sordibus hoc Victoris Agni sanguine lauti & mundi cum Christo resurgamus, in vita sancta & integra ambulemus, & Victimæ Paschali laudes immolemus. Nemo est qui causam habeat vel minimã ullius ingratitudeis ex neglectu vel contemptu festivi temporis: causam potius omnes habemus longè maximam ejus frequenter obeundi ac diligenter celebrandi. Ex primi parentis labe omnes naturaliter sumus filij ira, nostra nos malitia ac perversitas æternis pœnis addicit: iratum patrem filius mitigavit ac tranquillavit, pœnas nobis debitas in se transtulit, carceri mancipatos liberavit, morti obnoxios vita reddidit & regni sui cohæredes effecit. Omnes Adami prioris labe in se fecit, omnes Adami posterioris obedientia ac satisfactio redemit, nisi quem sua sibi malitia & ingratitude tanti beneficij, tam preciosi sanguinis, tam acerba mortis tam gloriosæ resurrectionis fructu indignum reddiderit, eoq; cum æterno suo damno, nec nunquam profutura pœnitentia aut finienda miseria seipsum privavit. Cavebunt id pia pectora & ex adverso Victimæ Paschali laudes, iterum atq; iterum in hac vita & post hanc in æterna immolabunt.*  
*P. P. Rostochij sub Sigillo Academiæ 20. Martij Anno 1624.*





appareat, quam quibus vel ad  
minus animi prorum sint vio  
Nostro tempore & his locis con  
in sensu venit, conventu ebric  
& motu lascivo, si rite litari  
ad alia omnia tanto projectior  
dentia ipse Bacchus ab ebriet  
committit: quæ cum occupat  
non designat? Ibi concipitur  
quod personatus exsequatur: L  
quibus nihil obsceni denegatu  
obruit, nox pudoris discrimen  
clamori, neq; rixis, neq; tumult  
citur. Accedit lascivia, qua  
utitur, comite Venere, qua mens  
lo munita est, qua non admittit  
expugnandam & contaminat  
Hæc ergo tam præclara solenni  
exitum nobis pollicetur? Ira  
qua major & justior concipi pot  
jure meritoq; concipi deberet  
qua ab ipso ad hostem & ad ver  
pro Dei imagine ad quam homi  
nam adversarij deformitatem  
bomo sit, Satyrum, Silenum, e  
ma vult; qui vir conditus est, c  
A



the scale towards document

li, multo  
aculandi,  
quantum  
personato  
ltenim  
& impu  
auspicato  
tas, quid  
ab ebric  
occasione,  
animos  
Neg  
gitio par  
ce cum  
tatis val  
eig; se  
ermitat.  
inẽm &  
eremur,  
re, quam  
aturam,  
ficit; quæ  
t, obsca  
ta cum  
referre  
& mol  
litie